

Franckesche Stiftungen zu Halle

Pauli Manutii Epistolarum Libri XII

Manuzio, Paolo

Lipsiæ, Apud Johann. Herebord. Klosium, Anno 1707.

VD18 11417161

Sebastiani Leoni Cordubensi. Romam. Epist. XXV.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:hbz:5:1-63864-p0011-9](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:5:1-63864-p0011-9)

jam in otio confedisti; exerce ingenium tuum præclaris in studiis, non ut amicus tuus, qui nihil unquam parit, cum tamen parturiat semper, sed ut edas aliquid, quo tuum nomen, æterna cum laude conjunctum, ab hominum oblivione, omniq; profusus interitu vindices. Leodiensem Episcopum, de quo multi multa narrant, omnia præclara, summoque digna principe, si quid habeo artis, ut facultatis, ornabo laudibus: sin, quod suscipiam, præstare non licebit: amabit ille tamen ut opinor, voluntatem, tu me interim de meliore, ut ille inquit, notâ commendabis; ejusque in me benevolentiam; si qua est, ea, qua apud illum vales, gratia fovebis. Vale, nosq; sæpè literis, si otium est, saluta. Veneritiis.

SEBASTIANI LEONI COR- DUBENSI. ROMAM.

EPIST. XXV.

Respondet hortationi Leonis, à quo monitus fuerat, ut in studiis literarum modum servet: & ostendit in aliis quidem rebus, ut acquisitione opum, & honoris studio modum esse servandum, non in indagatione doctrinae quas sine labore percipi inquit, quæ voluptatem summam affert, cujus contemptores bestis similes sunt. Ac proinde se illius & aliorum monitioni non posse locum dare dicit: simulq; eos hortatur, ut ipsi quoque doctrinae studia diligenter colant.

Formul. Hortandi. Sinite meam vocem &c. (A)

So-

Soles in nostris sermonibus, humanissime Leo, quod mihi maximum est argumentum amoris tui monere me, atque etiam rogare, ut pro tenuitate valetudinis meæ literis utar moderatius & in studio virtutis, quod difficillimum est, temperantiam adhibeam: amabiliter tu quidem: & officiosè admodum: sed, hoc mihi persuadere si vis, prius illud persuadeas oportet, non magnopere esse de gloria laborandum; inanes esse nostras cogitationes: stulta consilia, quæ ad eam dirigantur. Ad quam causas non tu quidem unquam tantam afferes eloquentiam, ut in re tam præstanti mihi quidem, probes modum esse servandum. Quanquam, quod ad rem attinet, tu quoque mecum sentis, vel potius ego tecum; in literis affirmas esse vivendum, & optandam in primis scientiæ cognitionem; sed cum eo tamen, ut salutis ratio habeatur. Obsecro te, mi Leo quid tu existimas de iis, qui divitias immoderate appetunt? nunc errare videntur? certè. At ipsi aliter putant; itaque persequuntur institutum. Quid de iis, qui honores sitiunt? non dubito, quin hos quoque sentias peccare. Et peccant sanè: timida est enim ambitio, ideoque misera: neque tamen pauci sunt, quos inficit hæc labes. Ego & cum his intelligo me errare, & præterea cum multis: sed diversa ratio est. Illi eas res plus æquo appetunt, quas consecuti meliores nunquam, deteriores etiam plerumque efficiuntur: ego in earum artium indagatione sum nimius (sic enim ipse existimas) quarum cognitio evellit ex animis vitia, inserit virtutes; itaque vides errorum aliorum cum

cur
dō
mo
non
reit
ii,
agr
labo
ema
fun
poē
exa
rog
vide
tem
qua
tant
anim
tes,
Qvo
iste
esse
us:
com
alan
Itaq
que
rum
cog
vos
finit

cum turpitudine esse conjunctum, meum non modo non turpem, verum etiam laudabilem. At, morbis sæpè tentamur. Primum, hoc quidem non est præter naturam; ars enim præstare non potest, ut rectè semper valeamus: Nam, si posset, ii, qui scientiam medicinæ tenent, ipsi nunquam ægrotarent. Deinde, est præclarum in maximis laborare: & quacunque re virtutem emas, parvo emas. Non posse autem nos ad ea, quæ summa sunt, sine sudore pervenire, indicat illud, quod poetæ ne Herculi quidem, Jove nato, nisi maximis exantlatis laboribus, cælum dederunt. Te ipsum rogo, qui me mones; quem ego studia doctrinæ video nunquam intermittere: ullamne voluptatem ea cum voluptate putas esse comparandam, quæ legentes, aut scribentes afficimur? potest esse tanta suavitas, quæ non major ea sit, quæ perfundit animos nostros, earum rerum intelligentia fruuntur, quæ sunt ad benè beateque vivendum necessaria? Quod si quis doctrinam contemnit: haud scio, quid iste curet. Negligit animum: quo nihil potest esse præstantius: se ipse ignorat; quo nihil turpius: corpori servit, ignaviæ deditus; quod est illi commune cum belluis, quibus id præcipuum, ut alantur ventrique indulgeant, à natura tributum. Itaque sequar meum institutum, neque te, mi Leo, neque alios audiam, studiosissimè monentes; quorum equidem animo voluntatem, judicium tamen cogor paullulum requirere, & ut ipse quoque erga vos amici partes, vestro exemplo, fulcipiam, (A) finite meam vocem in aures vestras influere, quæ vobis

H

vobis